MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM (PARS V: 1.9. 1.11.)
Melk, 1471 Seite 92v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36448
Copyright: Melk, Benediktinerstift



duci ante se. et respiciens uidit pla
gas eorum sanas. et dixit ad eas. Et
ce quomodo compaciuntur uobis dy. qui uulnera
uestra sanauerunt. Beatissima doro
thea R. O impudens et abhominabi
lis canis. cur non erubescis. Dominus noster
ihesus xpus ostendit in nobis uirtutem
suam non dy tui. Sancta eufemia dixit
Dixi tibi quia dy tui certissime sur
di sunt et muti. qui nec sibi subuenire
possunt. nec alios adiuuare. quomodo
uulnera nostra curauerunt. Dominus noster ihesus
xpus ipse nos curauit. quem non es
dignus propter cecitatem cordis tui nomina
re. quoniam diabolus tenet obcecatum
Hec audiens seuastus preses et canis
rabidus turbatus est ualde. et iussit eas
suspendi in eculeo. et ad latera earum
lampades ardentes applicari. Ipse
uero aspicientes in celum dixerunt. Tu
scis scrutans corda et renes. quia
ancille tue se ipsas tradiderunt tibi.
Petimus ergo te domine ne nos de re
linquas. ne gaudeat serpens ille
antiquus de nobis. quem tu promendi
salute in cruce triumphasti. Sed
tu domine prope esto omnibus in uocantibus
te in ueritate. Hec autem orantibus
sanctissimis uirginibus ac beatissimis.
dixit sancta uirgo eufemia seuast
o presidi. Uide miser. quia ignis
iste non dolorem aut ardorem. sed refri
gerium nobis prestat. Tunc seuastus
preses in furore et ira commotus iussit
mamillas earum amputari. Et dum
absciderentur mamille. beatissime uir
gines psallebant diuinum uersiculum
hunc dicentes. Ne proicias nos
a facie tua. et spiritum sanctum tuum ne au
feras a nobis. Cum autem abscise-

essent mamille earum. fecit eas se
uastus preses ante canes proici. sed
canes uidentes eas fugerunt. Valen
tianus autem sequebatur eas gaudens. et
nocte ueniens in locum illum ubi piecte
fuerunt sanctarum mamille uirginum. inue
nit eas iacentes in terra. et splende
bant sicut rose. qui accepit eas et
dedit sancto hermachore episcopo. Altera
autem die iussit iniquissimus seuastus preses
sanctas uirgines nudas circumduci per totam
ciuitatem aquilegiam. ut omnes uiderent
turpitudinem earum. Cum autem traherent.
sancta eufemia eleuans oculos in celum.
orauit dicens. Domine deus qui operis
celum nubibus. mittere dignare sanctum
angelum tuum qui operiat nuda corpora
nostra. ne uideant corpora nostra nuda a
paganis. Et ecce angelus domini stola
candida cooperuit eas. consignans omne
corpus earum. et uestiuit eas. ita ut
nec cicatricum quid in eis appareret
Circumferentes autem eas ministri.
per totam ciuitatem aquilegie clamabant.
Qui contempnunt precepta augusti. et
recedunt a cultura deorum. talem patiunt
penam. Sanctus autem hermachoras episcopus
cum hec audisset. dixit sacerdotibus
suis. et fidelibus xpianis. Fratres mei.
dominus ihesus xpus dixit discipulis suis.
Cum audieritis prelia et seditiones. no
lite terreri. Oportet enim hec fieri. sed
non dum statim finis. Et iterum. No
lite timere eos qui occidunt corpus. animam
autem non possunt occidere. sed potius eum time
te. qui potest et animam et corpus perdere
in gehennam. Illum non timet iste nequissimus
preses cum ministris suis. qui diaboli
co furore plenum tanta exercent tormen
ta in uirginibus sacris. Et cepit lac